

Sancti Sebastiani fluminis Ianuarii (São Sebastião do Rio de Janeiro), affirmativ

incapacitas assumendi onera matrimonialia

1 4. – **In iure.** – Sententiandum est in casu ad
2 normam can. 1095, n. 3. Enimvero doctrina
3 et iurisprudencia quoad hoc nullitatis caput
4 satis sunt nota, sed in ea enucleanda aliquan-
5 tulum immorandum ducimus.

6 Ad normam can. 1095, n. 3, «sunt incapaces
7 matrimonii contrahendi [...] qui ob causas
8 naturae psychicae obligationes matrimonii
9 essentialia assumere non valent».

4. – Rechtslage – Es ist vorliegend nach Norm
des can. 1095, 3° zu entscheiden. Doktrin und
Rechtsprechung zu diesem Nichtigkeitsgrund
sind hinreichend bekannt, aber bei seiner Dar-
legung ist ein wenig zu verweilen.

Nach Norm des can. 1095, 2° „sind unfähig die
Ehe zu schließen, die aus Gründen psychischer
Natur die wesentlichen Pflichten der Ehe nicht
erfüllen können.“

10 *obligationes essentialia oder totius vitae consortium?*

11 Prae oculis habito canone de qua supra, dici
12 potest «inter iura et obligationes essentialia
13 matrimonii enumerari posse traditionem ac-
14 ceptionemque iuris in corpus ordinati ad
15 prolis procreationem et educationem, bona
16 fidei et sacramenti, utpote essentialia matri-
17 monii proprietates, et bonum coniugum.
18 Quapropter psychica incapacitas adsumendi
19 obligationes essentialia attinet ad finem na-
20 turalem consensus, scilicet ad matrimonium
21 in facto esse, et comprehendit quoque illam
22 intimam communionem vitae quod consistit
23 in donatione reciproca duarum personarum»
24 (coram infrascripto Ponente, sent. diei 8 oc-
25 tobris 1997, Rapoten., A. 102/97, n. 4).

26 Ita instruimur in una coram Pompedda: «ma-
27 trimonium etenim, antequam per suos fines
28 atque essentialia proprietates peculiarissimam
29 suam speciem obtineat atque constituat,
30 definitur totius vitae consortium inter vi-
31 rum et mulierem (cf. can. 1055 § 1 et can.
32 1096 § 1): quod, praeter alia ex ipsa defini-
33 tione vel implicite consequentia, imprimis
34 atque essentialiter dicit nedum statum seu
35 relationem iuridicam seu societatem coniu-
36 galem (matrimonium in facto esse) ex foede-

Den genannten Canon vor Augen kann gesagt
werden, dass „unter den wesentlichen Rechten
und Pflichten der Ehe aufgezählt werden kön-
nen die Übergabe und Annahme des Rechts auf
den Leib, hingeordnet auf die Zeugung und Er-
ziehung von Nachkommenschaft, die *bona* der
Treue und der Unauflöslichkeit als Wesensei-
genschaften der Ehe, und das Wohl der Gatten.
Daher bezieht sich die psychische Unfähigkeit,
die Verpflichtungen zu übernehmen, auf das
natürliche Ziel des Konsenses, also die Ehe in
ihrem Bestand, und umfasst auch jene intime
Gemeinschaft des Lebens, die in der gegenseitigen
Schenkung der beiden Personen besteht“
(...).

So werden wir in einem Urteil coram Pompedda
unterwiesen: „Die Ehe, bevor sie durch ihre
Ziele und Wesenseigenschaften ihre ganz be-
sondere Gestalt erhält und begründet, wird als
Gemeinschaft des ganzen Lebens zwischen
Mann und Frau definiert (vgl. can. 1055 § 1 und
1096): was neben anderem aus der Definition
oder implizit Folgendem zunächst und wesent-
lich meint den Stand oder die juridische Bezie-
hung oder eheliche Gemeinschaft (Ehe als Zu-
stand), die aus dem Bund entsteht, aber auch

37 re exurgentem, sed atque praesertim obiec-
38 tum consensus, voluntatem constituendi et
39 capacitatem efficiendi idipsum consortium.

40 Quod dicit relationem ad alterum utpote co-
41 niugem atque positionem suiipsius tamquam
42 coniugis. Relatio sane, quippe quia iuridica,
43 subaudit mutua iura officia seu obligationes»
44 (sent. diei 30 ianuarii 1989, RRDec., vol.
45 LXXXI, p. 85, n. 4).

46 *incapacitas* oder *mera difficultas*

47 5. – Iuxta praescriptionem can. 1095, n. 3
48 necesse est ut vitium grave psychicum, ex
49 quo incapacitas derivatur, iam tempore prae-
50 nuptiali animum nupturientis solaverit, licet
51 effectus, qui communionem vitae vel ceteras
52 proprietates essentielles matrimonii attingant,
53 tempore tantum postnuptiali eruperint et ma-
54 nifesti facti sint.

55 Iurisprudencia rotalis docet incapacitatem
56 existere debere, saltem modo latenti et sta-
57 bili, momento celebrationis matrimonii; an-
58 tecedens quidem esse debet, «sed antecedens
59 considerata est illa quae, licet post nuptias
60 tantummodo manifestetur, provenit ex causa
61 quae celebrationis momento erat iam in actu
62 primo proximo, utpote quod omnia requisita
63 ad incapacitatem gignendam iam verificaban-
64 tur» (coram Pinto, sent. diei 27 maii 1983, in
65 *L'incapacitas (can. 1095) nelle «sententiae
66 selectae coram Pinto»*, cura P. A. Bonnet e
67 C. Gullo, Studi giuridici — 15, LEV, Città
68 del Vaticano 1988, p. 260, n. 4).

69 Apta distinctio facienda est inter capacitatem
70 habendi minimam relationem interpersona-
71 lem matrimonio propriam, sufficientem ad
72 valide contrahendum, et capacitatem asse-
73 quendi relationem interpersonalem plenam,
74 integram ac maturam. Mera difficultas in
75 constituendo consortio vitae haud matrimo-
76 nii invaliditatem implicat, seu non demon-
77 strat incapacitatem partis nupturientis vali-

vor allem das Objekt des Konsenses, den Wil-
len zur Errichtung und die Fähigkeit zur Ver-
wirklichung dieser Gemeinschaft.

Das meint die Beziehung zum anderen als Gat-
ten und die eigene Positionierung als Gatte. Die
Beziehung als juristische meint gegenseitige
Rechte und Pflichten oder Verpflichtungen“
(...).

5. – Nach Vorschrift des can. 1095, 3° ist es
nötig, dass der schwere psychische Mangel, aus
dem die Unfähigkeit herrührt, schon zu vor-
ehelicher Zeit die Seele des Nupturienten öde
mache, wenn auch die Wirkungen, die die Le-
bensgemeinschaft oder die anderen wesentli-
chen Eigenschaften der Ehe betreffen, erst in
nachehelicher Zeit ausgebrochen und manifest
geworden sind.

Die Rota-Rechtsprechung lehrt, dass die Un-
fähigkeit wenigstens in latenter und stabiler
Weise schon im Moment der Eheschließung
bestehen muss, also vorausgehend sein muss,
„aber als vorausgehend ist jene anzusehen, die,
manifestiere sie sich auch erst nach der Heirat,
aus einer Ursache hervorgeht, die im Heirats-
zeitpunkt schon im Anfangsstadium war, inso-
fern alle Erfordernisse zur Erzeugung der Un-
fähigkeit schon verwirklicht waren“ (...).

Eine rechte Unterscheidung ist zu machen zwi-
schen der Fähigkeit, eine minimale interperso-
nale Beziehung zu haben, wie sie der Ehe eigen
ist und ausreichend zum gültigen Heiraten, und
der Fähigkeit, eine volle interpersonale Bezie-
hung zu erreichen, eine vollständige und reife.
Eine bloße Schwierigkeit beim Aufbau der Le-
bensgemeinschaft impliziert nicht die Ungültig-
keit der Ehe, sie zeigt nicht die Unfähigkeit des

78 dum consensum eliciendi propter incapacita-
79 tem adsumendi onera coniugalia.
80

81 Huiusmodi distinctionem H. A. T. saepe ad-
82 firmavit, uti legitur in una coram Funghini:
83 «Incapacitas dumtaxat affirmetur: a) si adsit
84 non mera difficultas, esto gravis, sed impos-
85 sibilitas ob psychicam anomaliam, quae con-
86 trahentis psychicam structuram tangat; b)
87 haec pathologica abnormitas tanti momenti
88 sit ut contrahens, quamvis integram facultatem
89 discernendi retineat, privetur, sive totaliter
90 sive partialiter, facultate disponendi de
91 obiecto matrimonialis consensus; c) abnor-
92 mitas seu perturbatio personalitatis sit prae-
93 matrimonialis et praesens in sua gravi forma
94 momento prolationis consensus; d) patholo-
95 gia tam gravis sit ut consortium coniugale
96 intolerabile reddat et illa laborans rem in
97 melius vertere non possit, etsi id exoptet et
98 velit» (sent. diei 23 iunii 1993, RRDec., vol.
99 LXXXV, p. 472, n. 4).

heiratenden Partners, wegen Unfähigkeit zur
Übernahme der ehelichen Lasten einen gültigen
Konsens abzugeben.

Diese Unterscheidung hat unser Hohes Gericht
oft bekräftigt, wie in einem Urteil coram Fun-
ghini zu lesen ist: „Unfähigkeit wird nur dann
bestätigt: a) wenn nicht eine bloße Schwierig-
keit, sei sie auch schwer, sondern eine Unmög-
lichkeit aufgrund psychischer Anomalie vor-
liegt, die die psychische Struktur des Kontra-
henten berührt; b) wenn diese pathologische
Abnormität so gewichtig ist, dass der Kontra-
hent, obwohl er die volle Fähigkeit zur Überle-
gung behält, ganz oder teilweise der Fähigkeit
beraubt ist, über das Objekt des Ehewillens zu
verfügen; c) wenn die Abnormität oder Störung
der Persönlichkeit vorehelich ist und in ihrer
schweren Form vorhanden im Moment der
Konsensleistung; d) wenn die Pathologie so
schwer ist, dass sie die Ehegemeinschaft un-
erträglich macht und der, der daran leidet, die
Dinge nicht zum Besseren wenden kann, auch
wenn er das wünscht und will“ (...).

100 *incapacitas ad bonum coniugum*

101 6. – Frequentissime incapacitas respicit bo-
102 num coniugum seu impossibilitatem con-
103 stituendi illam communitatem vitae et amo-
104 ris coniugalis, sicut legitur in una coram
105 Ragni: «nupturiens, qui capax non est totius
106 vitae matrimonialis consortium (cf. C.I.C.,
107 can. 1055, § 1), seu intimam communionem
108 vel communitatem vitae et amoris coniuga-
109 lis, instaurandi aut ob propriam psychicam
110 immaturitatem aut ob suum defectum discre-
111 tionis iudicii, nequit validum matrimonium
112 perficere » (sent. diei 5 ianuarii 1985, *ibid.*,
113 vol. LXXV, p. 32, n. 2).

6. – Sehr häufig betrifft die Unfähigkeit das
Wohl der Gatten oder die Unmöglichkeit, jene
Gemeinschaft des Lebens und der ehelichen
Liebe zu schaffen, wie in einem Urteil coram
Ragni zu lesen ist: „Ein Nupturient, der nicht
fähig ist, die Gemeinschaft des ganzen eheli-
chen Lebens (vgl. can. 1055 § 1 CIC) oder die
intime Gemeinschaft oder die Gemeinschaft des
Lebens und der ehelichen Liebe zu verwirkli-
chen, sei es wegen eigener psychischer Unreife,
sei es wegen seines Mangels an Unterscheidung
des Urteils, kann nicht eine gültige Ehe bewir-
ken“ (...).

114 In una coram Pinto affirmatur: «Nullum au-
115 tem matrimonium contrahit propter *incapa-*
116 *citatem assumendi onus quod bono coniu-*
117 *gum respondet* nupturiens qui, ob gravem
118 anomaliam aut psycho-sexualem [...] aut per-
119 sonalitatis [...], comparti tradere non valet

In einem Urteil coram Pinto wird bestätigt:
„Keine Ehe schließt wegen *Unfähigkeit, die*
Last zu übernehmen, die dem Wohl der Gatten
entspricht, ein Nupturient, der wegen einer
schweren Anomalie sei es psycho-sexueller Art
[...], sei es der Persönlichkeit [...] dem Partner

120 ius ad talem agendi modum quo ipsa inveni-
 121 at suum complementum psychosexuale spe-
 122 cificum veri coniugis, nequidem quoad sub-
 123 stantiam, quamobrem coniugale consortium
 124 fit saltem moraliter impossibile» (sent. diei
 125 27 maii 1983, cit., p. 259, n. 4).

126 Et in una coram Doran: «Quaedam enim de-
 127 ordinationes psychosexuales aliaeque ano-
 128 maliae indolis veram constituere possunt
 129 causam huius incapacitatis hic in lege des-
 130 criptae. Hoc autem incapacitatis genus con-
 131 stituitur ut [*müsste cum heißen!*] subiectus
 132 actu sit incapax ad ea reddenda quae vi con-
 133 tractus sint debita. Quae incapacitas se refe-
 134 rat ad matrimonii obligationes essentielles,
 135 quas inter numerari debent debitum quod
 136 aiunt coniugale, communitas vitae et dilec-
 137 tionis, mutuum adiutorium, generatio educa-
 138 tioque prolis. Incapacitas proinde tantadem
 139 esse debet ac abnormitas psychica, id est, tali
 140 abnormitati aequivalere» (coram Doran, sent.
 141 diei 14 februarii 1991, RRDec., vol.
 142 LXXXIII, p. 87, n. 13).

143 *Beweis*

144 7. – Asserta incapacitas assumendi onera
 145 matrimonialia essentialia stricte probanda est
 146 et per partium iudicialia vadimonia, testium
 147 depositiones et peritales relationes, quae
 148 aperte ac clare testimonium faciant de eius-
 149 dem gravitate perturbationis tempore initi
 150 matrimonii (cf. coram infrascripto Ponente,
 151 sent. diei 8 octobris 1997, cit., n. 8).

152 In causis de incapacitate magnum pondus
 153 tribuendum est peritis praesertim cum hi iu-
 154 dicem edoceant: «a) de existentia abnormita-
 155 tis in peritiando; b) de natura, origine et
 156 gravitate huius affirmationis; c) de influxu
 157 huius abnormitatis in partis capacitatem; d)
 158 de principalibus symptomatibus, quae in pe-
 159 ritiato inveniuntur; e) de actis causae in qui-
 160 bus peritus invenit probationem existentiae
 161 abnormitatis (cf. una coram Egan, diei 1
 162 rnaritii 1984)» (coram Doran, sent. diei 23 fe-
 163 bruarii 1989, RRDec., vol. LXXXI, p. 146, n. 8).

nicht das Recht auf die Handlungsweise geben
 kann, in der er seine psychosexuelle Ergänzung
 findet, die spezifisch für einen wahren Gatten
 ist, nicht einmal in der Substanz, weshalb die
 eheliche Gemeinschaft wenigstens moralisch
 unmöglich wird“ (...).

Und in einem Urteil coram Doran: „Einige psy-
 chosexuelle Störungen und andere Anomalien
 des Wesens können einen wahren Grund für
 diese Unfähigkeit bilden, die im Gesetz be-
 schrieben ist. Diese Art Unfähigkeit besteht,
 wenn das Subjekt aktuell unfähig ist dass zu
 geben, was kraft des Vertrages geschuldet ist.
 Diese Unfähigkeit bezieht sich auf die wesentli-
 chen Pflichten der Ehe, unter denen die soge-
 nannte Ehepflicht, die Gemeinschaft des Lebens
 und der Liebe, die gegenseitige Hilfe, die Zeu-
 gung und Erziehung von Nachkommen genannt
 werden müssen. Die Unfähigkeit muss also sein
 wie eine psychische Abnormität, d.h. einer sol-
 chen Abnormität gleichwertig sein“ (...).

7. – Eine behauptete Unfähigkeit, die wesentli-
 chen Pflichten der Ehe zu übernehmen, muss
 streng bewiesen werden durch die gerichtlichen
 Aussagen der Parteien, Zeugenaussagen und
 sachverständige Berichte, die offen und klar die
 Schwere der Störung zur Zeit der Eheschlie-
 ßung belegen (...).

In Unfähigkeits-Sachen ist großes Gewicht zu
 legen auf die Sachverständigen, besonders
 wenn diese den Richter ins Bild setzen „a) über
 die Existenz einer Abnormität beim zu Begut-
 achtenden; b) über die Natur, den Ursprung und
 die Schwere dieser Bestätigung; c) über den
 Einfluss dieser Abnormität auf die Fähigkeit
 der Partei; d) über die hauptsächlichen Sympto-
 me, die beim Begutachteten zu finden sind; e)
 über die Sachakten, aus denen der Gutachter die
 Existenz einer Abnormität entnimmt (...)“
 (...).